Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26592
Copyright: Admont, Benediktinerstift



emuntorij et alijs
Signa communia omnibus speciebus huius febris. quod
pulsus bene addit velocitatem et frequentiam
et multociens magnitudinem et remanet secundum
suam dispositionem naturalem in qualitate et ordine
et levitate et similiter urina caliditatem non
in venis proculdubio vaporosam
In se efficacia ex tristicia est plus acuitatis quam
caliditatis et in illa ex ira est contrarium
Significatur enim oculis dispositio anime in hora
sanitatis medium egritudinis
Febris ethica non accidit in principio egritudinis
sed in extremis diebus eius verum non accidit
nec postquam extenditur etc.

Super 3o libro de crisi

Omnes species alterationis egritudinis sunt
sex quia aut permutatur subito ad sanitatem
aut subito ad mortem aut paulatim ad
utrumque aut subito versus sanitatem et deinde
paulatim donec consummatur egritudo aut
subito versus mortem deinde paulatim donec
sequatur mors
Alteratio que fit subito ad sanitatem est melior
reliquis speciebus et hec appropriatur nomine
crisis absolute sine reliquis speciebus quia hec
non fit nisi cum natura in veritate

Dicitur